



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

XXV. Ruthartus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

## XXII. ECBERTUS.

Multa fieri fecit domicilia, cunprimis dormitorium. Cum Athalberone, Episcopo in Würzburg, controversiam habuit propter jus Diocesatum, sed exceptionem veterem obtinuit. Sub eo Monasterium ex Regia potestate ad Apostolicam Sedem transit. In colligendis Veterum historiis laboriosus fuit, amator antiquitatum. Moritur A. D. MLVIII. Prælatura X.

## XXIII.

*Sigfridus.*

## SIGFRIDUS.

Professus Fuldensis, doctus & pius, Comes de *Epstein*. Fit secundo Prælaturæ anno Archi-Episcopus Maguntinus. Igitur postea ad terram sanctam cum *Traiectensi*, *Papenbergensi*, & *Ratisponensi* Episcopo &c. Difficile iter & multis periculis cinctum. (t) Reversus moritur in Doringia AD. MLIX. Jacet in Monasterio *Hasungen* O. S. P. nostri.

## XXIV.

*Wideradus.*

## WIDERADUS.

Etiam Professus Fuldensis & Comes de *Epstein*. Hic est ille, qui Goslariæ A. D. MLXIII., tertio Prælaturæ suæ, (u) cum Episcopo Hillesemensi *Hezelone* pugnam cruentam habuit, præsente *Henrico* Rege. (w) A pulvere suffocatur, cum curru veheretur, AD. MLXXV. Prælatura XV.

## XXV.

*Ruthartus.*

## RUTHARTUS.

Monachus Herosveltensis ab ipso *Henrico IV.* in curia sua electus, præter omnium opinionem. Utiliter præfuit & magna cum gloria Monasteria B. *Virginis* & S. *Michaëlis* sub regula S. *Benedicti* instauravit & dedicavit: Episcopatum in *Halberstadt* magno zelo repudiavit. Moritur AD. MXCVI. Prælatura XXI.

## XXVI.

*Godfridus.*

## GODFRIDUS.

Hic tristia vidit tempora. *Fulda* enim exusta AD. MCIII. & invidiâ rabiente apud Regem *Henricum* in curia, quam habuit in *Franckenvord*, quasi negligenter curaret sua, anno MCIX. depositus est, Prælatura sive XIII. Moritur Coloniae.

## XXVII.

*VWolfhel-**mus.*

## WOLFHELMUS.

Professus Fuldensis, *Henrici V.* gratiâ successit AD. MCIX. capellam S. *Alexandri* construxit versus Septentrionem. In bello contra *Ludovicum*, Landgravium Doringiæ, cum Abbe *Herosvelteni* patrum fortunæ sensit. Captus enim à Landgravio in obsecione *Wartburgi*, in castro *Meyenburg* per

(t) Vid. *Lambert.* p. m. 172. seqq. (u) vid. *Id.* fulissimè ad h. a. (v) Vid. *chron. Hildes.* *Reutel.* p. 85.